



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Caroli Scribani[i] Amor Divinvs

Scribanius, Carolus

Mogvntiæ, 1616

Ludus in seculi amorem inimicum amori diuino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46242)



L V D V S
 IN
 SECVLI AMOREM
 INIMICVM
 AMORI
 DIVINO.

I.

Non esse seculo fidendum.



V ID mundus fragilis
 confusus purpura,
 Triūphos memorat fal-
 laci murmure?

*Q*ua spondet munera
 vanapotentia,

*V*ix sunt crepundia rudis infantia,

C.c

Vt

Vt Aquilonibus raptata folia
 Dum miscent fatua inter se praelia:
 Sic pede celeri decurrunt gaudia,
 Et mundi fugiunt sperata premia.

Quod rosa & viola decocta Solibus,
 Quod caltha & lilia proiecta foribus,
 Quod scenum validis prostratum pedibus;
 Hoc in sta gloria est amoris ignibus.

Plus pulsis nubibus, plus fide fluctibus,
 Plus vento validè dispersis niuibus,
 Et plus fugacibus crede volucris,
 Quàm carni fragili, vel vanis opibus.

Plus fide Oceano, plus Aetnae monti-
 bus;

Et plus mortiferis Berosi fontibus;
 Plus calo nubibus saxa vomentibus,
 Quàm sponsionibus mundi fallentibus.

Plus creder abidis leonis dentibus,
 Harpyis efferis dirum frementibus:
 Plus venenariis fide serpentibus,
 Quàm mundi spoliis blandè ludentibus.

Quid celsa sequeris? doloso culmine
 Mors ludit credulos fallaci stamine.
 Quid longa memoras? in ipso lumine

Inani corruet lusus imagine.

Nam quidquid seculo mortali nasci-
tur,

Momento feritur, momento conditur;

Momento panditur, momento clauditur;

Momento erigitur, momento labitur.

Quid fidis robori? & saxa corruunt,

Et manus marmoræ prædura diruunt.

Quæ seclis steterant, scintillas metuunt.

Et imbres, halybem ferrumq; diluunt.

Quid annos numeras? momento rapi-
mur.

Quid genus, proavos? momento mori-
mur.

Quid opes? iudici sistendi ducimur,

Et fors iam ignibus damnandi cingimur.

Quid arma ex acuas spe plenus oprima?

Sudata incudibus Aetnaeis intima,

Mundi q; robora quæcumq; maxima,

Opima corruunt inferni victima.

Quò Abner, Amasa, bellorum fulmina?

Quò Saul, Ionathas Iudææ lumina?

Momento maxima procumbunt culmina,

Dum cali seuiunt prædura examina.

Quid arma proderunt, cū nudi sisti-
mur?

Quid minæ & animi? inermes cogimur,
Permisti purpura sagæq; volumur;
Et tamquam cineres flammis commoli-
mur.

Et tamquam surfures molis conteri-
mur:

Fauilla similes igni conuoluimur.
Et tamquam pluuia celo depellimur:
Pœnisq; immitibus terræ recondimur.

Vt aqua nubibus, sic terris fundimur,
Vt alga vilior, sic leues spernimur;
Vt pila celitus mortales ludimur,
Et tandem valida fornace exurimur,
Flammæ stipula semper viuen-
tium,

Prunarum cespites semper vrentium,
Pœnarum fomites non morientium,
Dolorum pabulum semper torquentium.

II.

Emendationem non esse dif-
ferendam in mor-
tem.

Quò fata properant prædura & aspe-
ra?

Quò vela exacuunt, diraq; & effera?

Cum tanta demetunt falce præpropere,

Non sceptrâ recolunt, non auri pondera.

Non pareunt matribus, non caro pi-
gnori,

Non regnum in posteris voti uo semini;

Non auis, proavis, non forma, aut generi

Non sceptro aut opibus, non celso muneri.

Quem non conterreant præcelsa numi-
na

Qua tanta conterunt calcantq; nomina,

Et serè eruderant primæua germina?

Funesta degimus sic inter limina.

Cum mundi deprimunt velluntq; lumi-
na,

Vt vento palæa deflantur flumina,

Superbi vertices altaq; culmina:
Credas è nubibus contorta fulmina.

Quid vita? vitrea quod gemma pen-
lis:

Et scena è niuibus, fumoq; similis:

Ac vix ficulneis aequanda potulis:

Aut vultu tenero qui ludunt oculis.

Cùm telum admouet mors flecti ne-
scia,

Et dolor occupat corda repentis,

Quid mens tum deligat factorum con-
scia,

Et è scelexit us poenarum prascia?

Dum tempus patitur, locusq; fletibus,

Pulsemus Dominum densis gemitibus.

Non vota silèant accensa precibus,

Et tamquam mediis nata caloribus.

Ne serò doleas, cùm nullus luctibus,

Non locus lacrymis, sanctisq; moribus:

Non poenitentis, votis, virtutibus,

Nullis suspiciis, curis, muneribus.

Cùm reus steteris, flammis furenti-
bus,

Poenisq; innumeris circum freudentibus:

Nequid.

Nequidquam lacrymis seris cadentibus,
Aut à suspiriis votis calentibus.

Pro mundi illecebris, aeternis ignibus,
Flammisq; sulphure & pice natantibus,
Quis vel fornacibus semper ardentibus,
Vel prunis subtrici velit candentibus.

Quis mundi inanibus captus crepundis

Aeternum exulet lubens delitiis;
Aeternum naufragus calorum gaudiis,
Aeternum numinis possessus odii?

III.

Perire quidquid hic magnum est.

Quò mine Antiochi iraq; regia?
Vel quò Sennacherib, castraq; Assyria?

Quò dicta Rabfaces blasphema & efferat?
Lingua Nicanoris fallaxq; dextera?

Quò potens Tullius verborum flumine?
Rerum Demosthenes diues molimine?

Quò primus Latio Crispus acumine?
Vel Plato cœlitus edoctus numine?

Fecunda Origenis quò nunc acumi-
na?

Vel Afri rupea tonantis fulmina?

Quò flecti Calari ignara pectora?

Aut Hos I fortia tot annis roborat?

Quò Phœnicopteri Apic I fercula?

Aesopi patina, murrhina vascula?

Quò Alcibiadis, Torquati pocula?

Natansq; Assyrio cruore crapula?

Fecunda Alcinoi quò nunc pomeria?

Horti^{q;} pensiles, Luculli pradia?

Euripi, & montibus subducta maria?

Vel quò Polycratis fortuna Samia?

Quò Cur Imachina pendens Icaria?

Quò Scauri vitrea sc. na & marmorea?

Et Mida fercula quò Regis aurea?

Corona Marsya sperata laurea?

Quò Caii Lolliæ gemmato munere?

Elata Arabico Poppea funere,

Auro qua solita iumenta sternere?

Gemmas Cleopatra consueta bibere?

Vt bulla labitur quidquid hic nobile;

Vt flos, sic defluit quidquid amabile.

Vt umbra deperit quidquid optabile.

Nil

Nil firmum cogites, nil terris stabile.

Nulli te proavi, non parta gloria,

Non opes eximent forma, scientia,

Non honos robor, prudens solertia,

Non menti aut corpori concessa gratia.

Virtus sed vnica terrores adimet,

Sola te gaudiis æternis inseret,

Hac vna gloriam pœnasq; dirimet,

Beabit præmiis, tormentis eximet.

IV.

In tutam esse honorum & di-
gnitatum prærogatiuam
multorum exem-
plo.

Quid auro, honoribus, sceptris extolli-
mur?

Non pares nascimur, paresque mori-
mur?

Non pares media iuuenta tollimur?

Et cursu propero fortuna pellimur?

Non pares sanguine, paresque tem-
pore?

CC 5 Non

610 CAROLI SCRIBANI

Non pares anima, paresq; corpore?
Non pares pretio, Christi q; vulnere,
Fortuna impares si finis munere?

Quò Regum Salomon piimus pruden-
tia?

Vel Samson Dalila captus dementia?

Aut Hemor fatua lusus fidentia?

Vel cunctos superans Xerxes potentia?

Quò Cyrus pallio cinctus coccineo?

Quò Phisico rutilans iheristro gemmeo?

Quò splendens balteo Darius aureo?

Vel Diues habitu nitens purpureo?

Quò Cræsus insolens fidens diuitiis?

Quò dirus Hannibal ferox victoriis?

Quò magnus Macedo, Persarum spoliis,

Nec orbis maximi satur exuviis?

Quò Sylla madidus civili sanguine?

Et Cæsar gladiis raptus ceu turbine?

Quò tectus Africo Pompeius cinere?

Vel Crassus Parthico delusus puluere?

Quò Nero, Claudius, Heliogabalus?

Galba, Caligula, Otto, Vitellius?

Quò

AMOR DIVINVS: CII

Quò Verus, Pertinax, Valens, Magnen-
tius?

Balbinus, Maximus, Piso, Leontius?

Quò Reges reliqui, tot magna nomi-
na?

Quò duces, Principes, terrarum Numi-
na?

Momento citius clauduntur lumina,
Nec parcunt generi Parcarum flamina.

Aeterna cogites ignes & præmia,
Aeterna contue flammæ, & gaudia
Alterna delige. Stat parta gloria,
Stant pœna: & nemini patent effugia.

V.

Infelici plurimùm Regū ma-
gnorumque exitu purpuram
sceptraq; docemur con-
temnere.

Q Vi Reges numeras terrarum lumi-
na;

Qui duces inclytos bellorum fulmina:

Cc 6. Funesta

612 CAROLI SCRIBANI

Funesta prospice regnorum culmina,
Incerta purpurea fallacis omina.

Quò Remus, Romulus, Sextus Tarqui-
nius?

Quò Titus Tatius, Tullus, Hostilius?

Vel Ancus Marcius, Servusq; Tullius?

Priscus, Hercules, Drususq; Manlius?

Quò Gracchi, Melius, Sorianus, Ma-
rius?

Quò Cato, Regulus, Carbo, Licinius?

Ruffinus, Cassius, Brutus, Antonius?

Gallus, Copronymus, Phocas, Alexius?

Silvanus, Lentulus, Constans, Serto-
rius?

Quintillus, Didius, Probus, Demetrius?

Carinus, Tacitus, Leo, Valerius?

Macrinus, Commodus, Carus, Procopius?

Comnenus, Nicias, Celsus, Constanti-
us?

Azis, Miltiades, Zeno, Decentius?

Traulus, Leonidas, Syphax, Aëtius?

Conon, Themistocles, Dion, Isaacius?

Achilles, Hercules, Hector, Numanti-

cus?

Tigris

Tigranes, Phocion, Pyrrhus, Britannicus?

Auricus, Michael, Thomas, Philippicus?

Theseus, Pausanias, Glycas, Isauricus?

Lucullus, Lepidus, Lysander, Lucius?

Marsnedus, Vitiges, Massa, Parthenicus?

Cabrera, Stilico, Silanus, Elavius?

Philippus, Datamis, Brocas, Ablavius?

Omnes domestica, aut hostil. corruunt:

Manu prepropera ferrove intereunt;

Aut duro exilio, aut veneno concidunt,

Morteq; inglorii funesta pereunt.

Hec sceptris gloria daturq; purpuræ.

Hec auro & opibus, fatali murmure

Hostili vt posteros funestent vulnere:

Elati barbaro & cruento funere.

Morte pars minima pacata concidunt;

Morte pars maxima funesta concidunt.

Qui tela nesciunt, mœrore pereunt;

Vel lenta sanie, tabeq; corruunt.

Quò tendis animum? cùm magna me-
moras,

Enses, exilia, venena preparas;

Funes, equuleos, secures comparas;

Multorum odia, pœnasq; innumerâs.

Hono-

614: CAROLI SCRIBANI

Honores prouocant? ignes praepe-
diant.
Voluptas allicit? flamma te terreant.
Opes te pertrahunt? poena te retrahant.
Aeterna prouidi tormenta metuant.

Qui sceptras numeras, recense vulnera.
Qui bella & aquilas, prospecta funera.
Qui castra & oppida, metire tempora.
Et post haec ignibus damnata corpora.

Tam magno luitur, quod breui trans-
uolat,

Vix plumas contines, & corpus euolat.
Quod flammis vritur momentis auolat.
Has flammis sapiens aeternas recolat.

Momento purpura sceptraq; transeunt.
Momento gloria, formaq; pereunt.
Nulla te postera tormenta deserunt,
Nusquam carnifices, flammag; deerunt.

VI.

Diuitiarum contemptus a-
ternitate propo-
sita.

Quid regna sequeris per alta maria?
Quid mundi prodiga captas donaria?

Non

Non tamquam noctibus sudata somnia,
Sic isti defluunt, & cinis omnia?

Quid domos exstruis, lataq; pradia?
Non illa corruunt iuuenta media,
Ut actor fatua fias comœdia,
Vel seua nobilis scena tragœdia?

Quid vasta nemora, quid agros cumu-
las;

Quid ades ædibus regnorum æmulas?
Ut venti tumidas dispellunt nebulas,
Sic anni has perimunt terrarum papulas.

Quid hortos pascuis fontesq; accumulatas?
Quid rupes montibus vallesq; vinculas?
Ut has posteritas enarret fabulas,
Fortune vomitus, funestas crapulas?

Quid lacus, flumina, torrentes nume-
ras?

Quid castra & oppida, sceptraq; memoras?
Cum Cræsos opibus Midasq; superas,
Non ad supplicia flammæq; properas?

Quò satisfœntia frumentis horrea,
Lassata fructibus grata pomœria,
Pressaq; pondere prædiues ærea,
Spondentq; tempora tot votis paria?

Aucto-

66 CAROLI SCRIBANI

Autumno mustea quid torcularia,
 Quid nouo grauida lacte mulctralia,
 Vel quid gemencibus tectis granaria,
 Non seclius acuunt, non tribunalia?

Non tela exasperant minarum ignea?
 Aut non incendia pascunt sulphurea?
 Dira materies ligno um picea,
 Infelix posthuma flammaram palæa:

Hac nocte aut citius tolletur anima,
 Quid spes tunc proderunt vota^q inania?
 Succedant com. odis tormenta immania,
 Luenda, ô n. miù. n. magno! vesania.

Cùm solus ignibus lingua potabitur:
 Cùm flammis sulphure, pice cœnabitur:
 Stillansq; digitis gutta negabitur:
 Nec qui^q quare precibus fuis donabitur:

Non an. i. reduces, non vita dabitur,
 Quæ cursu properans cit a dilabitur:
 Quis si unmis miseris cinctos solabitur,
 Cùm nullis lachrymis crimen piabitur,
 Quibus tunc viribus mens roborabi-
 tur,

Cùm tantis ignibus nec gutta allabitur?
 Cùm sola pietas celo locabitur?

Sola delitiis cali rorabitur?

O nimis fatua vecorsq; vanitas!

Cuius tam fertiles leuesq; semitas

Infelix sequitur momento aternitas;

Flammisq; indomita dira crudelitas.

Infaustra ô nimum mundi felicitas,

Fallaxq; nimum amœna amœnitas,

Tam breui laboris, sauaq; aternitas

Succedit miseris. & dura aternitas

Cum gutta mediis negatur ignibus,

Negatur mediis aqua fornacibus,

Aeternum mediis prunis ardentibus

Voluntur miseri flammis vrentibus.

VII.

Fuga eorum quæ seculo spe-
rari possunt, iudicio &
pœnis propo-
sitis.

Foecunda diuiti quid dabunt pradia?

Sudata noctibus dieq; studia?

Quid ingens domino parva pecunia?

Quid fasces purpura, sceptraq; regia?

Cum

Cum telum iugulo mors cita admoue-
rit;

Iudex sententiam supremam tulerit;
Ignesq; indomiti flammaq; ste erit;
Spesq; omnis animam salutis fugerit?

Cum saeva aeternitas mundo insonuerit;
Summiq; iudicis vox intonuerit;
Et omnis validus mente exhorruerit,
Terraq; pedibus subducta fuerit?

Tortorum millia cum circumsteterint,
Testesq; innumeri parte omni cinxerint;
Spem fugae aut veniae cum cuncta clausu-
rint,

Mentemq; crimina factaq; impulerint?
Cum flammaz oculi furentes viderint,
Ignesq; demones flammassq; admouerint,
Cum picem, sulphura, tormenta senserint,
Quicumq; calitus damnati fuerint?

Quid auri proderunt congesta pondera?
Quid Regum, Principum, magnorum mu-
nera?

Hortiq; pascua, fontesq; nemora;
Inter saeuissima tortorum verbera?

Quid Venus pocula, mensaq; dederint?

Quid

Quid noctes lusibus in somnes iuuerint?

Cum cantus gaudia, risuq; euenerint,

Et post perpetuae flammæ successerint?

Quid longa series annorum faciet?

Quid genus, proauis, formaq; pariet?

Quid sceptris, purpuræ, regnoq; eueniet,

Cum ignis efferus æternum scruet?

Quid magna proderunt scripta volumina?

Lassata sapius qui docta limina?

Quid versus nobiles librorum lumina,

Si feruet ignibus æternis anima?

Quid plena pulpita verbis sonantibus,

Farta sententiis altè tonantibus,

Densata lacrymis ora manantibus?

Si membra validis torquentur ignibus?

Quid ampla imperia lassita cadibus?

Quid lata maria defessa cladibus?

Quid campi & oppida diuisa ciuibus,

Cum prada fueris æternis ignibus?

Quid numquam spolia sitim sedantia,

Hostili sanguine prata natantia,

Cruore immerito regna sudantia,

Cum loca senseris flammis furentia?

Quòs

Quò belli dubius quò ferox exitus,
 Infestis aquilis traducti exercitus,
 Quò furor martius terris indomitus,
 Cùm tortor sauiet ignis perpetuus?

VIII.

Magna ferè ruinæ proxima
 esse, æternare hu-
 milia.

Qvi celsa sequitur, prærupta metuat:
 In summo vertice ni modum sta-
 tuat,

Prolapsu celeri necesse corruat,
 Cùm moles imminens incautos obruat.

Lapsus ex humili planoque tutior,
 Cùm è præcipiti ruina grauior.
 Ex alto durior, planoque mitior,
 Alto frequentior, planoque rarior.

Sic summi vertices tanguntur fulmi-
 ne,

Quamuis præualido cincti munimine,
 Superba pectora calcantur numine,
 Quantumuis callido tecta molimine.

Sic

AMOR DIVINVS 621

Sic alas arbores venti precipitant,
Duraq; robora momento excaudicant:
Celsaq; rabiem ventorum prouocant,
Accendunt animos, minasque exaspe-
rant.

Virgulta tenera cum Noti quatiant,
Aut Aquilonibus lentata prouunt,
Stant fixa sedibus, irasq; combibunt,
Nec seuiam rabiem, minasq; metuunt.
Sors dura & aspera magnorum amu-
la.

Magnorum inuida, diraq; facu'a,
Futuri generis infamis macula,
Cum regnum sistitur fatorum famula.
Cum summo vertice momento labi-
mur,

E primo culmine momento pellimur;
E summis opibus momento excindimur:
E: elso munere momento excutimur.

Cum flore medio fracti depluimur,
Iuuenta media rapti protrudimur,
Mundiq; gaudiis viles proscribimur,
Regnoq; medio sceptrisq; euertimur.
Ut flores pampini, baccasq; excutimur,

Ut

622 CAROLI SCRIBANI

Vt vento folia concussa spargimur,
Vt denso arundinis umbre propellimur,
Vt Europaea subacta rapimur.

Aeternis animos terentes erigas,
Aeternis noxia cordi submoueas,
Aeternis praemia mundi discurias,
Aeternis pristina moresq; corrigas.

Aeternum vt Numini coniunctus gaud-
deas:

Qua munus munerum promittit fugias,
Aeternum corpore, menteq; vt valias,
A carne, honoribus, auroq; caueas.

Aeternum vt ignibus flammisq; careas,
Densis gemitibus peccata deleas:
Aeternum vt animum poenis eripias,
Ne carni fragili, mundaq; pareas.

IX. Aetern-

IX.

Æternam pro breuibus pœ-
nis remunerationem mane-
re, Virginum docemur
exemplo.

DVm seuit Africus, tunc rosa rutilat,
Et Austro viola perflans e purpurat:
Et Eurus lilia prona dissuauiat,
Vis nulla eroborat, nec vll. exanimat.
Dum seruet carnifex, exsurgunt Bar-
bare.

Secantur vbera, clarescunt Agathe.

Dum fumant balnea, surgunt Cacilie.

Dum tela depluunt, nascuntur Vrsule.

Tauro Phalarico splendet Pelagia.

Flammis, exilio triumphat Flauia:

Vni is, equi leo, cruceq, Eulalia:

Virgis, pectinibus, flammis Frebonia.

Rotis, sartagine, vinculis Euphemia:

Tedis ardentibus, fuste Serapia:

Felle, craticula, ferisq, Maxima:

Securi & oleo feruenti Eulampia.

Lucie

624 CAROLI SCRIBANI

Luciagla'is & Agnes ignibus:
Christina lacubus, flagris fornacibus:
Susanna variis torra securibus:
Cruce & lampadibus Firmina ardemi-
bus,

Has Christus gloria caelesti munerat,
Has sponsas stabili nexu consociat.
E sexu fragili triumphos numerat.
Calog, ex humili coronas duplicat.

Profuso sanguine aeternum purpurat.
Pro casto pectore aeternum sociat.
Pro momentaneis aeternum pignorat.
Pro ferro & ignibus aeternum roborat.

Aeternis gaudiis pacag, inaugurat.
Calog, lucidas stellas com memorat.
Pro vita labili aeternum animat.
Pro pccnis breuibus aeternum recreat.

Maritat humiles donis caelestibus.
Maritat tumidos aeternis ignibus.
Amicat teneras primis virtutibus.
Lassantur validi magnis sceleribus.
Qui speras maxima, celos in ambula.
Ut parua referas, mundum per ambula.

Quid

Quid sunt hac aliud quàm celi famula,
Vel tamquam vitrea commissa pocula?

X.

Comparatio rerum seculi hu-
ius & alterius.

Quid terra portio pulvisq; extolleris?
Non nudus vtero matris effunderis,
Nudus visceribus terræ recondaris,
Et duro iudicis damnandus sifteris?

Quid fidis seculo? stat prona aternitas.

Qua spe deluderis? stat firma aternitas.

Quid fugam cogitas? stat certa aternitas.

Quoquò te flexeris, terret aternitas.

Bonis hic fruimur? ibi igne exurimur.

Momento fruimur? aternum vrimur.

Bonis hic pascimur? ibi ignes patimur.

Momento pascimur; aternum patimur.

Quis pro his opibus tormenta deligat?

Pro mundi gaudiis diuina negligat?

Pro mundi honoribus caelestes abigat?

Pro tam fugacibus quis flammam eligat?

Sirenum vocibus quis aures prebeat?

D d. Quis :

626 CAROLI SCRIBANI

Quis ignes cogitans terrena voueat?
Aeterna prouidens non mente paueat?
Flammamq; contuens non totus horreat?

Felix qui potuit opus contemnere,
Prudens qui gloriam concessam spernere,
Fortis qui munera mundi respuere,
Aeterna praemia doctus eligere.

Mundi qui negligit promissa praemia,
Aeterna breuibus mercatur gaudia:
Mundi qui sequitur promissa praemia,
Aeterna breuibus commutat gaudia.

Hac uoluas animo stat certa aeternitas:
Flammaram crucians tristis aeternitas:
Calorum recreans felix aeternitas:
Momento medium, ut rimq; aeternitas.

Honores fugiunt, manet aeternitas:
Aurum te deserit, manet aeternitas:
Caro dilabitur, manet aeternitas:
Et pro tam vilibus, tam seua aeternitas:

Pro tam fugacibus, immensa aeternitas:
Pro tam fallacibus, tam uera aeternitas:
Pro tam fragilibus, tam dura aeternitas:
Et pro tam breuibus, aeterna aeternitas.

Quis pro tam breuibus aeterna deligat?

Quis

Quis ignes, sulphura, flammascq; intelli-
gat?

Quae saeva aternitas aternum colligat?

Nullaq; aternitas aternum mitigat?

O dura nimium pœnarum aternitas!

O saeva & effera flammaram aternitas!

O cruda nimium, longaq; aternitas!

Finemq; nesciens aterna aternitas!

FINIS.

Sodis Jesu Paderb.

